



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

27. Dies Novemb. Frustrà extra Deum quæritur, quod in illo invenitur. S.
Augustinus libr. Confess. cap. 12.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-55659)

Novem
falli pot
non fin
smodi ha
ili & que
robe nos
quod qua
nostram &
& sua, in
, ut que
, quod q
natur qui
do, nif bo
erenum
formato
d possidet
m cauca
itus D.N.
etiam cu
na volun
dolore b
unamen
lunarem
estium de
vis inge
gatu q
em expa
Chrysost
, & pro
ecelle et
Lema
capitam
omnem

Novemb.

Tessera.

947

omnem æternitatem sit duratura : nec enim morte terminatur, aut interrupitur, sed progreditur ex hac vita in alteram, ut ibi perennet æternum. Deinde, si beatitudo est complementum omnium desideriorum, quanta est felicitas illius, qui nihil vult aliud, quam quod Deus. Videt hīc talis expletam omnium desideriorum suorum expectationem : quidquid deinde desiderat, quidquid desiderare potest, illud universum pro voto ipsius, modo quodam admirabili semper impletur, quoniam suam voluntatem penitus abnegando, unamque & eandem voluntatem cum Deo habendo, hac ratione tantum proficit, ut semper faciat voluntatem suam, quae sine dubio causa est lætitiae prorsus singularis : quod enim potest esse majus gaudium, quam impieti semper suum desiderium : præsertim cum sciat suum desiderium summè placere illi, qui est totius desiderabilis? O quam dispar est hoc gaudium, cum illo altero gaudio, quod est plenum solliciti timoris, trepidæ anxietatis? quia sequitur desideria cordis sui. Tale gaudium est æternæ tristitiae præludium. Ad hoc alludit Poëta, dicens:

Hoc est consuetum, comitantur tristia latum.

27. DIES NOVEMB.

Frustra extra Deum quæritur, quod in illo solo inventur. S. Augustinus libr. Confess. cap. 12.

Deus est
admita-
bilis.

UT unum quæramus bonum, in quo sunt omnia bona, debet esse tota nostra occupatio, hoc officium, hoc gaudium, hic labor noster, adhuc invigilare decet intellectum nostrum,

Ooo 2

948 *Christiani Militis* Novem.
nostrum, hoc nostræ pabulum sit voluntatis, in exultet cor, & caro nostra; huc advocemus vitæ nostræ; in hoc impendatur, & superimpedatur, quidquid sumus, & possumus; desideria nostri, affectus nostri, robur nostrum, omnisque subtilia & vita nostra. Ecquâ enim in re utilius collucimus ætatem, & consumamus omne esse nostrum, quam ibi, ubi totum, & omne esse reperitur? Quantæ, quamque eximiæ felicitatis est, tam sublimem Essentiam posse admirari? cor nostrum metu purissima semper voluptate deberet diffluere, vel solâ recordatione hujus unius felicitatis, quod nobis sit liberum Deo, dum lubet, placere: hæc deberet esse nostra non modò summa, sed sola gloria, quod Dei simus, & cur non perpetuò attoniti ambulemus, & quasi impones nostri præ exuberantis gaudi copia, toti lætitii incedamus, ipsius magnitudinem, & bonitatem considerantes, atque excellentissimum illud esse, quod nullam habuit originem, amantes.

II. Esse illud infinites admirabile, quod cùm numerum sit, est trinum, & in summa sua unitate complectitur trinitatem, miraculum miraculorum, quod per omnem æternitatem perpetuam, maximamque movebit admirationem. Esse tam infinitè bonum, ut totum id quod est, Pater communicarit Filio, & Filius ejusdem cum Patre bonitatis, dederit peccatoribus. Esse tam bonum, ut nec punctum ullum temporis cessare potuerit à communicatione sui Iesu, aliter admirabili bonitat. suæ neutiquam factum satis. Esse omnipotens, quod res omnes ex amore, & nihilo condidit. Esse tam Sapiens, ut in nobis faciendo errare non possit. Esse tam immensum,

Novemb:

Tessera.

949

sum, ut abesse à nobis nequeat, quodque nos, quo-
quò eamus videt, quæque perimus, exaudit. Esse
tam immutabile, cuius pulchritudo non potest ex-
olescere, neque benevolentia deficere. Esse simpli-
cissimum, in quo sine inquietudine ulla, & impedi-
mento, bonum omne possidemus. Esse tam justum,
& misericors, quod ut misericordiam exhiberet, pe-
percit hominibus, (a) tamen proprio Filio suo non pe-
perit. Esse æternum, quod nobis intermori non po-
test. Esse fidelissimum, cui etsi nos fidem datam
fiegerimus, promissiones tamen nobis factas accu-
ratè præstat. Esse tam amans nostri, ut miseras, in-
firmitatesque nostras tolerare sustinuerit. Esse quod
omni ei quod est, dat suum esse, quod cœlos susten-
tat, per quod eleminta permanent, plantæ vivunt,
animalia sentiunt, homines ratione utuntur, Angeli
intelligunt.

III. Quid pluribus? Esse tam bonum ut non ob-
stante illius magnitudine immensa, auctoritate infi-
nita, Majestate suprema, tanta tamen ipsius benigni-
tas sit, ut hominis causâ, per se ipsam fructus matu-
ret in arboribus, panem præparet in spicis, potum
moliatur in fontibus, vinum coquat in vitibus, ve-
stem componat in agris, byssum suppeditet in bom-
bycibus, ceram fingat in apibus, saponi ancilletur in
avibus, piscibus, quadripedibus; seque ob creatu-
ras tam humiles, submittat ad officia humiliata. Es-
se tam bonum, quod includit in se omne bonum, à
qua oritur omne bonum, unde nata est omnis pul-
chritudo, unde promanavit omnis justitia, unde
pendet omnis potentia, unde originem ducit omnis

Ooo 3

Sapien-

(a) Rom. 8.32.

950 *Christiani Militis* Novemb

Sapientia, unde principium capit omnis suavitas : & quod est bonum super omne bonum, pulchrum super omnia pulchra, justum super omnia justa, poterit super omnem potentiam, sapiens super omnem virtutem, dulce super omnem saporem. Esse tamponum, ut mori elegerit, quo viveret vilissima creatura : humiliari, ne vermiculus aliquis se extolleret, homo fieri, propter inimicum sibi & Divinitatis suæ fidantem hominem, ut se denique dederit in cibis & sustentationem vitæ illius, qui mille mortes merebatur. Hi tot & tanti tituli, me ad amorem tantiboni, non suaviter inducunt, sed fortiter impellunt. Dic ergò cum Poëta :

Est super omne Deus, Rex, Dominusque meus.

28. DIES NOVEMB.

Modò tu Deus meus in Cœlo, licet in æternum ego in inferno. *Gerardus inter ejus dicta.*

Dei Maje- I.
stas, pec-
cati enor-
mitas.

PErgamus velificari affectibus etiaga auctorem omnium effectorum. Gratulor quantum possum rebus omnibus conditis, quod tam admirandum habeant, à quo processerunt, conditorem. Plaudant Cœli, quia suum comprehendere nequeunt creatorem : servent planetæ curum suum, stellæ majora accendant luminaria, ut luceat huic luci incessabili, quæ formavit eas : exultent elementa, quia qui creavit illa, centrum est. & perfeccio universi : mixta otanía, plantæ, animalia, homines, Angeli, diem festum agant, quia tam magnum consecuti sunt Regem, tam potentem Principem, tam bonum Patrem : lætentur cœli, & terra